



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino  
Lugduni, M. DC. LXXX.**

Ad Lectorem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76455](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76455)



## AD LECTOREM.

**I**BI tandem sese offert, Amice Lector, Tomus Decimus, veluti Summa omnium Operum R.P.D. Antonini Dianæ, à V. P. D. Martino de Alcolea Monacho Carthusiensi Coordinatorum, ab omnibus litterarum Amatoribus maximè peroptatus, per quem omnia quæ per novem Tomos diffusa, unà cum Indicibus suis valdè difficilia ac laboriosa erant inventu, modò magna cum animi tui lætitia unico ictu oculi facillimè perlustrabis. Opus sanè locupletissimum, verùm & Prælati omnibus, Poenitentiariis, Confessariis, necnon Casuum conscientiarum Studiofis, cæterisque Theologiæ Moralis Amantibus utilissimum; unico enim repertorio cuncta per totum Opus dispersa concluduntur; Nomina à verbis distinguuntur; Appendices seu Additiones Nominibus & verbis frequenter aptèquæ additæ sunt; Tomi, Tractatus, Resolutiones, Paragraphi ac Paginæ citantur; demum omnia alphabetico ordine ac numeris disponuntur: Credas mihi velim haud exigui ponderis hæc omnia fuisse, nec sine magno labore. Fruere igitur, Lector benevole, hoc Opere, & si aliquod juvamen, ut spero, tibi præstet, Deum pro me ora; habes enim clavem tibi Moralis Theologiæ inæstimabiles Thesauros referantem, ad laudem & gloriam Omnipotentis Dei, Virginisque Mariæ ante partum, in partu, & post partum semper intemeratæ. Vale.



L I C E N

INDEX